terioribus premortuorum liberis · idest nepotibus vel neptibus · aut aliis adhuc
ulterioribus Et inde est quod sic · patet hoc loco iam proxime allegato · e · § ultimo sic
tamen quia et de ulterioribus expresse commemorat habet · in ibidem tex · sic in
forma sic tamen quod si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit ·
illius filios et filias · aut alios descendentes · in parentis sui loco succedere
supple volumus et iubemus · licet quia tex caveat illo verbo infra ple
nius eodem § habebitur · Idem probatur ex verbis ibidem statim sequentibus
versu sequenti si · preallegato ubi ut predictum est dicit in hoc ordine · gradum
quem volumus quod quamvis sint dispares gradu eidem ut indicium
de qua difficultate suo modo in sequentibus habebitur · Si vero
ulteriores tamen supersint et non filii tunc succedunt pariter per stirpes in
infinitum · sive sint in equali gradu ut nepotes et neptes vel pronepotes
et proneptes sive in inequali ut iam dictum et ulteriores servato iure
representationis patet hoc insti · de here · que ab intes · § cum filius · ver ·
pari ratione · Cuius tenor talis est pari ratione · et si nepos neptisque sit ex
filio et ex nepote pronepos proneptisve simul vocantur · Consequitur
§ sequens manifestat ibidem si in capita vel in stirpes · dicens sic ·
Et quia placuit nepotes neptesve · Item pronepotes proneptesque in pa
rentis sui locum succedere Conveniens esse visum est non in capita
sed in stirpes hereditatem dividi · Quidam tamen dicere volebat quod non
succedant in stirpes nisi solum cum remotiores succedunt cum patruis
suis · contrarium tamen est verum ut patet · nedum ex iam immediate alle · tex ·
sed et ex iam allegandis tex · sive et illi ulteriores descendentes sint
in equali gradu sive in inequali De his qui equali gradus
patet insti · de here · que ab intes · § · et quia · ver · Item si ex duobus cuius
tenor est · Item si ex duobus filiis nepotes neptesve existant ex altero
unus forte aut duo ex altero tres vel plures · ad unum vel duos di
midia pars pertinet · ad tres vel plures altera dimidia Ad idem clare
et sine e · ti · § · si Ad idem et C · de suis et legit here · l · ii · que
dicit nepotes ex diversis filiis variis numero avo succedentes ab intestato ·
non in viribus personarum · sed stirpibus succedunt · Idem videtur


© Universitätsbibliothek Freiburg

gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST